



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Virtvtes Theologicæ. Libro Triplici Fidei, Spei, & Charitatis materias expono

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

Cap. 5. De interdicti relaxatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80695](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80695)

non fit. Quia hic non est Sacri Ordinis actus. Secus si sponsis benedicat, aut Baptismi suppleat solemnitates. Henriquez l. 1. c. 47. nu. 1. Suarius d. 34. sect. 5. n. 15. & 21. Filliuc. tr. 18. n. 59. Syluest. v. irregularitas. q. 13. Bonac. d. 5. pun. 7. num. 8.

38 *De Clerico celebrante coram interdicto, & cum eodem communicante.* Coram interdicto celebrans, non incurrit irregularitatem. Quia huiusmodi poena in iure non extat. Clericos autem communicans cum nominatim interdictis in rebus, à quibus sunt interdicti, mortaliter peccat, ut si coram illis celebret, vel illos ad diuina officia admittat, vel ad sepulturam, vel ad Sacramenta. Imo si Clericus quamvis exemptus ab ordinaria iurisdictione, celebret coram illis, aut admittat excommunicatos publicos, vel interdictos ad diuina officia, seu Sacramenta, aut Ecclesiasticam sepulturam, interdicatur ab ingressu Ecclesiae, donec ad arbitrium illius, qui interdictum tulit, satisfaciatur. Et hoc verum, non solum de Clericis celebrantibus, sed etiam de Clericis habentibus regimen Ecclesiae, permittentibus, huiusmodi interdictos diuina officia audire. Filliucius tr. 18. n. 57. & 147. Auila disp. dub. 4. S. v. Interdictum. Sayrus l. 5. c. 14. n. 11. Nauarr. summ. c. 25. n. 94. Suar. d. 34. sect. 4. numer. 29.

39 *De communicante cum interdicto in rebus humanis.* Communicans cum interdicto in rebus humanis, non peccat. Quia interdictum prohibet tantum diuina officia, Sacramenta, & sepulturam. Similiter non est peccatum, communicare cum interdicto non denunciato nominatim, & de blis, ut patet ex Concilio Constant. Vnde nemo gati n. seruatur seruare interdictum latum à iure, vel ab homine, nisi fuerit promulgatum à Iudice specialiter, & expresse contra certam aliquam personam, Collegium, Vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum. Sayr. l. 5. c. 12. n. 23. & 24. Extrauag. Ad euitanda scandala.



CAPVT IV.

De Interdicti Causis.

40 *Causa efficiens interdicti.*



AUSA efficiens, à qua scilicet interdictum fieri potest, est illa eadem, quae alias Censuras ferre valet, vnde in primis Summus Pontifex potest interdictum ferre. Deinde Episcopus etiam sine Capituli consensu. Quia consuetudine est iuri antiquo derogatum. Tertio Religionum Praelati. Qui tamen non possunt interdictum locale ferre, licet possint personale. Quia horum iurisdictione potius in personas, quam in locum exercitur. Suar. d. 36. sect. 1. Nauarr. summ. c. 27. n. 168. Filliuc. tr. 18. cap. 1.

41 *Causa subiectiua.*

Subiectum interdicti personalis sunt homines, in quos iurisdictionem externam spiritualem potest is, qui fert interdictum, exercere. Hinc omnes personae, quae excommunicari possunt, poterunt etiam interdici, quantum est ex parte personae, si reliqua confluant, id est, causa, iurisdictione sufficiens. Quia ex parte fidelium eadem est capacitas ad quaecumque Censuram.

Interdictum tamen est statutum, ut Episcopi interdici non valeant per sententiam, seu generalem legem, per quam interdicuntur omnes, qui hoc, vel illud commiserunt delictum. Praeterea secundum ius non solum particulares personae, sed etiam Communitates possunt interdici, quo etiam differt interdictum ab excommunicatione, & cum suspensione conuenit. Ex quo patet, interdictum personale, aut locale ferri posse à Summo Praefule etiam in totum orbem & etiam à Concilio Generali, Sede vacante; quanquam moraliter loquendo, non videtur posse iusta adesse causa, ad interdictum vniuersale ferendum. Similiter tota Diocesis cuiuscumque Episcopi potest ab eo interdici, non tantum diuinae quaecumque pars eius, sed etiam collectiue simul tota, sufficiens causa accedente. c. Quia periculosum. de sent. excomm. in 6. Filliuc. tr. 18. n. 21. Syluest. v. Interdictum. 3. Suar. d. 36. sect. 2. a. n. 1.

Materialis causa est culpa. Et quidem interdictum personale speciale non potest in aliquem ferri nisi ob propriam culpam eius, quae necessum est esse mortalem, si interdictum simpliciter, & absolute feratur. Posset autem venialis sufficere, si interdictum nimis limitatum ac leue imponeretur. Interdictum vero personale generale longe grauiorem causam, seu culpam requirit, quam speciale: non tamen eam exigit ex omnibus personis, quae tali interdicto illigantur, sed in corpore morali, ut tale est, vel in magna parte personarum eius, vel in capite. Porro interdictum locale generale, ut iuste feratur, requirit causam grauissimam, quae non solum peccatum lethale contineat, sed etiam sit generalis ex peccato aliquo modo publico, seu communi procedens. Vnde necesse est, ut tale delictum sit ipsius Principis, seu Gubernatoris, aut totius Communitatis. Caeterum interdictum locale particulare etiam requirit culpam grauem, & aliquomodo communem, quamvis minorem, quam interdictum generale. Demum causa Finalis interdicti est resipiscencia, ac emendatio delinquentis. Suarius disputatione 36. sectione 1. numero 2. Nauarr. capite 27. numero 68. Couarruias ad Cap. Alma, parte secunda, Paragrapho primo, numero 4. & 5. Syluest. verbo Interdictum, 3. quae. sione 5.



CAPVT V.


De interdicti relaxatione.



INTERDICTUM latum pro delicto pure praeterito, absque vlla adiecta conditione, quae pendeat ex voluntate eius, qui interdicatur, & absque temporis limitatione, auferri non potest nisi per relaxationem, aut absolutionem Superioris habentis potestatem: siue ille sit, qui illud tulit, vel eius Superior, vel alias habens facultatem delegatam. Quando autem fertur interdictum, ut

Seet. I De Interdicto Recept. Sentent. 299

vt pura pena pro peccato praterito, ac pro tempore definitio, tunc non est necessaria interdicti absolutio illo tempore elapso: sed ipso facto cessabit: Quia censura non amplius operatur, quā per verba exprimitur, ac proinde nō durat ultra intentionem conditoris Reginaldus lib. 3. 2. numer. 53. Sayrus lib. 5. c. 15. numer. 2. Filliuc. tractat. 18. num. 114. Bonac. d. 5. §. un. ult. num. 1.



CAPVT VI.

De Interdictis in iure latis.



INTERDICTVM generale loci in iure latum triplici ex causa reperitur. Prima est ex culpa temporalis Domini. Secunda, ex culpa Episcoporum, & Clericorum, seu personarum Ecclesiasticarum. Tertia ex culpa ipsiusmet Ciuitatis, quando dominus Regni, Ciuitatis, Caltri, Oppidi, aut alicuius loci impedit, ne Legatus, vel Nuncius. Apostolicus possit officium suum in suis exequutione eius Regnum, Ciuitas, terra, & quælibet loca eis subiecta tandiu sunt eo ipso Ecclesiastico supposita interdicto, quamdiu in huiusmodi contumacia dominus loci perstiterit. Extrau. Super gentes, de consuetud. Filliuc. tract. 18. numer. 137. Henric. l. 1. c. 4. 3. n. 5. Quando quis quemcumque Episcopum iniuriōse, vel temere percutit, capit, seu bannit, occidit, aut hæc fieri mandat, aut ab aliis facta rata habet, vel consilium facienti dat, vel eundem scienter defensat, aut locus eius sit: tunc territorium illius subiaceat interdicto vsque ad condignam satisfactionē: & locus etiam, vbi Episcopus captus detinetur interdictus est, quamdiu durat detentio Clement. 1. de penis Reginaldus lib. 3. 2. numer. 65. Sayr. lib. 5. capit. 12. num. 1. Quando dominus aliquis, Rectores, vel officiales Ciuitatis, in qua obit summus Pontifex, & in qua facienda est Romani Pontificis electio, non faciunt inuolabiliter obseruari absque vlla fraude, & dolo ea, quæ constituta sunt in c. Vbi periculū, de elect. in 6. tunc locus, & Ciuitas ipso facto est interdicta. Tolet. l. 1. c. 21. §. 4. Quando Episcopus & alij inferiores Ecclesiastici permanent per mensem in excommunicatione, vel suspensione ob culpam, quam admiserunt in concedenda domo manifestis vsurariis ad scenus exercendum: tunc omnes eorum terræ post mensem interdicto subiiciuntur, quamdiu vsurarij ibi commorantur. Cap. 1. d. vsur. in 6. Vidual. de interd. n. 10. Vniuersitas, Ciuitas, Collegium, vel Locus, qui exigit per se, vel per alium ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis quidagia, pedagia, vel alia de rebus suis, quas a'portant, vel important non causa negotiationis: terra ipso facto interdicto subiaceat, donec acceptum totum restituarur, ac pro delicto huiusmodi competentem satisfiat. At plerisque in locis hæc censura in vsu non est. Cap. Quamquam, de cens. in 6. Suar. d. 37. sect. 1. num. 14. Si Ciuitas Episcopum iniuriōse, vel temere ceperit, perculserit, bannierit, occiderit, vel hæc fieri mandauerit, vel ab aliis facta rata habuerit, vel loca facientis fuerit, aut dederit consilium, vel fauorem, vel scienter defensusauerit: interdicto afficitur. Clement. 1. de penis. Nauar. summ. cap. 27. numer. 199. Ciuitas quæuis præter Urbem, quæ consentit, præbendo consilium, auxilium, vel fauorem occidentibus, vel percutientibus

48
Interdicta
generalia
loci.

BAR
10r.
VII.

44
Quid quādo fertur ut a contumacia recedatur.
Quando vero fertur interdictum, vt à contumacia recedatur, vel sub hac conditione tacita vel expressa *Donec satisfiat*, vel restituarur: non est necessaria absolutio, vel relaxatio. Si conditio impletur, ipso enim facto cessat interdictum. Quia ille terminus positus est ab ipsa lege: ergo ultra illum non operatur. Syluest. v. Interdictum 3. q. 9. Couar. ad c. Alma. p. 1. §. 11. n. 8. & alij.

45
Locale interdictum non cessat destructione ædificiorum loci interdicti.
Locale interdictum non cessat destructione ædificiorum loci interdicti. Quia non solum censentur interdicta ædificia, sed etiam ipsum solum, tanquam ipsorum basis, ac fundamentum. Vnde destructa Ecclesia interdicta, non possunt in eius solo caduera sepeliri. Interdictum autem in Communitatem latum, si communitas dissoluatur, cessat respectu innocentium: respectu vero eorum, qui causam culpabilem interdicto dedere, non cessat. Quia hoc est interdictum particulare, quod personam sequitur. Suar. d. 38. numer. 13. Reginaldus lib. 3. 2. numer. 59. & 60. Filliuc. tractat. 18. numer. 118. Coninch *disputation. 17. dub. 6. numer. 78.*

46
Episcopus potest absolvere ab interdicto locali à iure posito, vel suspendere illud ad tempus.
Episcopus potest absolvere ab interdicto locali à iure posito, vel suspendere illud ad tempus. Quia in iis, quæ non sunt reservata, potest Episcopus dispensare. Ab interdicto autem personali nequit absolvere, nisi forte sit occultum: tunc enim potest absolvere virtute priuilegij in Tridentino concessi. Quando vero interdictum est à summo Præsule latum tanquam ab homine, non potest Episcopus ab illo absolvere. Quia inferior non habet potestatem, seu iurisdictionem in superiorem. Suar. d. 38. sect. 2. Filliuc. tr. 18. n. 125. Coninch d. 17. n. 76. Henric. l. 1. c. 48. n. 3.

47
Parochus, vel alius confessorius non potest absolvere ab interdicto locali.
Parochus, vel alius confessorius non potest absolvere ab interdicto locali. Quia cum locus non sit materia fori penitentialis, non pertinet ad Confessarium illius interdictum auferre, sed ad Episcopum habentem iurisdictionem in foro externo. Nec ab interdicto personali generali. Quia communitas interdicta vt communitas haud pertinet ad penitentiae forum, in quo solum de eo particulari, quod quis sua sponte illi subiicit, iudicatur. Fateor tamen, iure communi Parochum posse absolvere ab interdicto personali particulari non reservato. Quia ab aliis censoris potest: ergo & ab interdicto. Si autem interdictum adnexum sit excommunicationi reservata, sola excommunicationis reservata est. Suar. d. 38. sect. 2. n. 6. Filliuc. tract. 1. num. 125. Coninch d. 17. n. 77. Tolet. l. 1. c. 55.